

MISSA PRO CUSTODIA CREATIONIS

Ant. ad introitum

Cæli enárrant glóriam Dei,
et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum.

Ps 18 (19), 2

Collecta

Pater,
qui in Christo, primogénito omnis creatúræ,
univérsa ad exsisténtiam vocásti,
præsta, quæsumus, ut, dóciles Spíritus tui spiráculo vitæ,
ópera mánuum tuárum in caritáte custodiámus.
Per Dóminum.

cf. Col 1, 15-16
cf. *Dominum et vivificantem*, n. 34
cf. Gen 2, 7
cf. Gen 2, 15; Ps 8, 7

Super oblata

Súscipe, Pater,
hos fructus terræ nostrarúmque mánuum:
pérfice in eis opus creátiōnis tuæ
ut, a Spíritu Sancto transformáti,
cibus et potus vitæ ætérnæ pro nobis fiant.
Per Christum.

cf. Io 6, 54-55

Ant. ad communionem

Vidérunt omnes térm̄ini terræ
salutáre Dei nostri.

Ps 97 (98), 3

Post communionem

Sacraméntum unitátis quod accépimus, Pater,
communióne tecum áugeat fratribúsque
ut, novos cælos et terram novam exspectántes,
conveniénter una cum ómnibus creatúris vívere discámus.
Per Christum.

cf. Augustinus, In Io. 26, 13

cf. 2 Pt 3, 13
cf. *Laudato si'*, n. 66

Per Christum.

Formularium *Missæ pro custodia creationis* inseritur in *Missale Romanum, editionem typicam tertiam* (MMVIII) inter *Missas et Orationes pro variis necessitatibus vel ad diversa*, in sectionem II *Pro circumstantiis publicis*. Usus eius regitur Capite VII *Institutionis Generalis Missalis Romani* atque rubricis propriis (*Missale Romanum, editio typica tertia*, p. 1074).